



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Diabolus primos parentes quomodo, & cur seduxerit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

gationem feritatis sua, & purgationem ipsius natura: quandoque propter peccata hominum, & cum illa plagentur, ut subtrahantur, qua diligit homo, attendat ipse homo, quanta poena dignus sit, qui maiore vitur ratione. Etenim nisi exigerent peccata hominum, non ita singulariter animalia, qua ad manum hominis sunt, affigerentur. Sed nec ipsa sine magna iustitia patiuntur. Nam, aut erit eis ad celeriozem vita finem, aut ad minorem miseria laborem, & natura fortis consumptionem; aut propter mutationem temporum, aut ex incuria hominis labore proveniente. Timeat ergo homo praeter ceteris me Deum suum, & tanto mitior sit circa creaturas meas, & animalia, quibus & propter me earum Creatorem misereri debet. Ideo enim ego Deus praecepi homini de Sab- bato, quia cura est mihi de omni creatura mea. Adjiciam, quod de dolore partus subdit oraculum. Ad secundam quaestionem, cur omnia nascantur cum dolore, respondeo: homo quando contempsit delecta- tionem pulcherrimam, statim incurrit vitam laboriosam, & quia in- ordinatio coepit in homine, & per hominem; Iustitia mea est, ut etiam alijs creaturis, qua sunt propter hominem, aliqua amaritudo sit pro- pter temperamentum delectamenti sui, & fomentum nutrimenti sui. Ergo nascitur homo cum dolore, & progreditur cum labore, ut ad quietem veram festinare studeat: moritur vero nudus, & pauper, ut refragat inordinatum modum suum, & timeat futuram discus- sionem. Animalia ideo etiam pariunt cum dolore, ut excessum temperet amaritudo, & participes sint hominis in labore, & dolore; propterea homo, quando nobilior est animalibus, tanto ferventius diligat me Dominum Creatorem suum.

C A P V T XVIII

Quartam morborum causam, esse cacodemonem.

**S**t homo exitij sui morborumque & mortis causa, immo etiam aliquo modo, ut & cetera animalia moriantur. Sed, ut causa esset, diabolus, pessimus consultor fecit. Hinc primogenita mors haud immerito appellatur. Quemadmo- dum enim ipse est lux mortis inuentor, ita postquam Deus creavit hominem inextermibilis, & ad imaginem similitudinis sua fecit illum, invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Itaque sicut

Iob. 18. 39  
Sap. 2. 23



Coloss. 1. 18.  
Apoc. 1. 5.

sicut Christum Paulus *Primogenitum ex mortuis*, & Ioannes *Primogenitum mortuorum vocat*, non solum quod fuerit primus ad vitam immortalem resurgentium, & ante alios quasi regenitus beata ista resurrectionis natiuitate; sed etiam quod fuerit exemplar, Princeps & principium istius resurrectionis: ita satan fuit & sibi, & alijs Princeps, principium & inuentor mortis. Hinc

Apoc. 9. 11.

jure nominatur *Rex locustarum, Angelus abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latine habens nomen Exterminans*.

Gen. 3. 1.

Numquam Eva tam audax fuisset, ut ad veritum fructum manus extenderet, nisi callida arte eam aggressus esset versipellis serpens. Primò insidiosè interrogauit, deinde perfrictè mentitus est, denique vana scientiarum spe illam pellexit. *Cur, inquebat, precepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Et cum timorem mortis intentatè audisset obstare inobedientiæ, proteruè dixit. Nequaquam morte moriemini: & illecebras adiciens: Scit enim Deus, quod in quocumq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii scientes bonum & malum.* Hinc fundi nostri calamitas: hæc morborum & mortis est origo. Inuidia diaboli, qui ferre non poterat, ut ab hominibus vacuæ Angelorum sedes replerentur, consueto calumniatoribus more, morbum suum Deo attribuit, quasi hominibus scientiam deorū inuideret. Huic ergo omnis mali auctori gratias agant, qui impatienter ferunt, humanum genus in tantas calamitates incidisse.

II.

Nec satis fuit huic exterminatori, quasi vno ictu omne genus nostrum fauciassè, idem postea in hunc vsque diem tentare continuauit. Quin etiam ipse Deus dæmonis, tamquam carnificis ministerio & tortoris opera vtitur non solum ad malos varijs modis puniendos, sed etiam ad ipsos justos probandos & exercendos. Etsi enim etiam boni Angeli siue ad justos, siue ad impios affligendos à Deo adhibeantur, ut, cum vtique Angelus sanctus femur Iacob percussit, & neruus statim emarcuit; attamen frequentius est, & communi prouidentia lege sancitum, ut boni Angeli non nisi temporalis supplicij impiorum ministri sint & executores, mali autem & temporalis & sempiterni. Hoc autem est inter bonos & malos discrimen, quod boni quidquid agunt circa

Ios. 5. 14.  
Ios. 5. 14.

Gen. 32. 25.

Angeli non nisi temporalis supplicij impiorum ministri sint & executores, mali autem & temporalis & sempiterni. Hoc autem est inter bonos & malos discrimen, quod boni quidquid agunt circa